



Benevolo Lectori salutem

& benedictionem à S. S. Trinitate, Deo
Patre, Filio & Spiritu S. P.

Fridericus Balduinus D.

Non parum in Philosophiâ pro-
fectum puto, *inquit Licentius*
apud Augustinum lib. 1. cont. Aca-
demicos cap. 3. cum in compa-
ratione recti veri que invenien-
di contemnitur victoria. Idem omninò ju-
dicandum est de disputationibus Theologicis, in
quibus parum proficitur, si non ex veritate, sed
victoriâ estimantur. Nam cum ibi non de Co-
micos, fabulis, nec Philosophorum subtilita-
tibus, sed de maximè arduis salutis nostræ my-
sterijs agatur, stultum est disputando, vel à
vulgo applausum, vel ab Adversario palmam
expectare: illud enim rectè judicare nescit, hic
veritatem in injustitiâ detinet, & in extremo
etiam erroris sui agone clamore potius quàm
(:) 2 Veritas